



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CXXXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

idem Bal. in c. clerici. de iudic. nu. 3. per glo. in l. domini prædicatorum. 17 verbo, consuetudo. C. de agrico. & censu. libr. 11. quem sequitur Areti. in consi. 63. nu. 1. in fine.

5 Limita quinto, quando consuetudo est contra legem, quæ nunquam fuit recepta in obseruantia ignorante superiore: quia tunc requiritur præscriptio xl. annorum. Ita tenet Abb. in c. j. nu. 4. in medio. de treu. & pace. quam opinionem conatur defendere Rochus de curte in tracta. de consuetu. nu. 303. sed in contrarium est communis opinio secundum eundem ibi: a qua opinione in practica dum esset recedere, ut ibi dicit.

REGVLA CXXXIX.

CONSVETVDO, quæ est præter ius, de iure Canonico, inducitur spatio decem annorum. Hanc regulam ponit Panorm. in c. fina. nu. 11. de consuetu. per gloss. in c. fina. eod. tit. lib. vj. in verbo, consuetudo, quæ loquitur in consuetudine optandi, quæ solum decem annos requirit. & ita tenet Oldrad. in consi. cclxxxv. nu. 3. facit etiã glo. in c. consuetudo. xij. distin. & in c. litigantes. in verbo, statuimus. de off. ordi. libr. vi. & ita tenent communiter Doct. in d. c. fin. Abb. & Felin. in c. statuimus. de maiori. & obediens. tenet etiã Areti. in consi. xxiii. nu. 11.

1 Limita primo, quando consuetudo tendit ad detrahendum iuri alicuius ecclesiæ: quia tunc requiritur tempus xl. annorum. Ut in c. de quarta. de præscrip. tenet Abb. post Innocen. in c. dilectus. de consuetu. Felin. in d. c. statuimus. in j. limit. facit pro hoc quod dixi, supra in precedenti regula.

2 Secundo limita, ut non procedat quando dispositio requirit consuetudinem legitime præscriptam: quia tunc, licet non esset contra ius, requireret spatium, xl. annorum. facit text. d. c. si. de consuetudi. & in c. Cumana. & ibi Abb. de electioni. & in c. non est putanda. de consuet. lib. vi. & in c. cum de beneficio. præben. eod. lib. ita concludit Roch. de Curte in tracta. de consue. nu. 245.

REGVLA CXL.

CONSVETVDO cõtra ius, de iure Canonico requirit spatium xl. annorum. Quam regulam ponunt Abb. Ioan. And. & Docto. in c. si. de consue. nu. 11. ubi assignant rationem: quia clerici inducẽdo consuetudinem contra ius; quasi præscribunt contra legem superioris: ideo requiritur tempus, quod in præscriptione contra clericos vel ecclesiam requiritur. & quare talis consuetudo requirat maius tempus quam consuetudo de iure civili, colligitur ex doctrina Inno. in c. cum dilectus. de consue. & ex Hosti. ibi: ubi referunt Rotam in decis. vi. in titu. de consuetu. in nouis. secundam nouam impressionem: & secundũ antiquam in decisio. eccclxx. Et præmis-

K fam